

Xa

3505





Xa
3305

FELICITER INCHOATI INGRESSÛS
AUSPICATISSIMUS PROGRESSUS,

^{Sen}
DIES ALTERA,

^{Inſimul}
SACERRIMA

Sinè originali labe CONCEPTÆ

Semper Intemeratæ DEIPARÆ VIRGINIS

M A R I Æ

Ob glorioſè contritum inſidiantis Serpentis Caput
TRIUMPHALIS SOLENNITAS,

^{Quâ}
In Patriæ Tutelam à DEO ordinatus ANGELUS,

^{Atque}
In ſecuram Paradifi noſtri Cuſtodiam

Contra ejusdem inveterati Serpentis inſidias,

Non tam GENTILITIO SERENISSIMÆ DOMÛS ENSE,

Quàm FLAMMÈ SANCTÆ FIDEI ZELÒ

GLADIATUS CHERUB

SERENISSIMUS DUX

^{ac}
REVERENDISSIMUS DOMINUS DOMINUS
EPISCOPUS

MAURITIUS
ADOLPHUS
CAROLUS

DEI, & Apoſtolicæ Sedis Gratiâ ARCHI-EPISCOPUS,
EPISCOPUS Litomericenſis, DUX Saxonix, Julix, Clivix, Montium,
etiam Angariæ, & Weſtphaliæ, LANDGRAVIUS Thuringiæ, MARCHIO
Miſſniæ, etiam Superioris, & Inferioris Luſatiæ, COMES PRINCEPS Heñe-
bergenſis, COMES Marchiæ, Ravenspergi, & Barby, DOMINUS in Raven-
ſtein, Drum, PRÆPOSITUS Veteris Oettingæ, DECANUS Illuſtris Eccle-
ſiæ ad S. Gereonem, Metropolitanæ & Electoralis Eccleſiæ Colonienſis CA-
NONICUS Capitularis, Sac: Cæſ: Reg: Cathol: Majeſtatis Actualis In-
timus CONSILIARIUS,



In Templum suum,
CATHEDRALEM
DIVI PROTO-MARTYRIS
STEPHANI
BASILICAM

Non absque singulari Processûs Splendore
Festivisque Applausibus

In
NUMEROSISSIMI CLERI

&
NOBILITATIS COMITATU,
Atque innumera propè Populi consolacissimi Frequentia
Solennissimè est ingressus ,


Ibidemque

Ad MAGNIFICENTIAM APPARATUM
EPISCOPALIS
DIGNITATIS & POTESTATIS
SOLIUM
Gloriosissimè conscendit

Die quater secundo seu octavo mensis Decembris ,
Annò SALUTIS nostræ M.DCC. XXXIII.



Litomericij , Typis Francisci Georgij Josephi Skrochowsky.





Opportunissimo, atque optimè omino-
lo eventu factum esse censendum est, ut in Festivita-
tem hanc, quâ ab initio sanctissimè ordinata, & à
peccati originalis maledicto præservata Parens inte-
merata & Virginea victoriosò calcaneò ipsium serpen-
tis insidiantis Caput contrivit, ac detriumphavit, fe-

sivissima hæc in Basilicam Cathedralē Divi STEPHANI Proto-Martyris
in Episcopale Solium suum **Serenissimi Ducis, ac Reverendis-
simi Antistitis** Ingressus Solennitas incideret. Erat enimvero Dies
Martis, & à devicti inimici serpentis memoria triumphalibus digna tropha-
is; Opportunissima sanè, qua Angelus Domini veniret in templum suum;
Angelus, quem tum celebratissima, & jam alata in Divinum ministerium
alacritas, & Principalium Virtutum candor talem effecit, imò quem non tan-
tùm Serenissimæ Domûs Saxonie Ducum avitæ Ceræ fecerunt Ensiserum
& Clavigerum, sed quem etiam Orthodoxæ Fidei flagrantissimus ardentis-
simusque Zelus obarmavit; ut Eundem disposuisse videatur Divina Provi-
dentiâ, qui Diceceleos nostræ, Districtus nostri, Patriæque nostræ Paradi-
sum contra serpentis inveterati insidias & insultus, velut gladius Cherub
victoriosissimè, gloriosissimèque tutaretur. Exorta ergo Marianæ diei
Aurora diem attulit nobis celeberrimum, quo princeps actus, atque intentio
Ingressus heri felicissimè inchoati, auspiciatissimæ daretur executioni.

Proficiente itaque die, sensim disponebantur omnia, ut statuta incho-
andæ Solennitatis horâ omnia parata, & suo ordine jam disposita invenirentur.
Ascenderunt à Civitate Sacræ Religiosæ Familiæ, à Sancto Michaë-
le RR. PP. Sacri Ordinis Prædicatorum, à S. Jacobo RR. PP. Sacri Ordinis
S. Francisci Minorum Conventualium, à S. Ludmilla RR. PP. Capucini. Hi
omnes Episcopalis Residentiæ Atrium, uti & linteatus Clerus in magna fre-
quentia, suo ordine indè rursus egressuri, interim occuparunt; Reveren-
dissimi verò Domini Canonici, tum Residentiales, tum Honorarij seu Titu-
lares sub horam octavam in Cathedralis Basilicæ Sacratio, suis, ut vocant
Rochetis, nec non decoris aurò fulgidis, & quod singularem addebat grati-
am, uniformibus Pluvialibus sese vestiverunt. Consimili ornatûs genere,
Superpelliceis videlicet, & Pluvialibus, Domini Vicarij Foranei, Decani, Cu-
ratiq; adornati comparebant. Totus hic Sacrarum Personarum collectus
numerus in hoc apparatu in Residentiam Episcopalem se contulit, Domini
Canonici quidem in magnam, velut compellant Salam, ubi jam Reverendis-

fimi in hesterno Ingressu prænominati D. D. Regni Prælati pretiosissimum ornatum induti **Serenissimum Ducem** propediem egressurum præstolabantur. Aderat definita pro inchoanda Solemnitate hora nona, & egressus è Conclavi suo **Serenissimus**, comitantibus Reverendissimis Dominis Prælati, & Canonicis in Residentialem Capellam est deductus, ubi pretiosissimum, tantoque Pontifice dignum Ornatum assumens, accepto demum pretiosissimo pariter Pastoralis, totum Sacrum Ordinem sensim fecit moveri. Ipse verò **Serenissimus** interim usque ad Residentiæ suæ Valvas descendens, hisque egressus mox à quaternis Magistratibus Urbicis Dominis Senioribus, sub purpureum, auròque pretiosum Baldachinum est acceptus; Consonabant Cathedralis Ecclesiæ, totiùsque Urbis Campanilia, festivo clangore & murmure applaudebant tubarum tympanorùmque Chori, atque inter consolatissimi, confertissimique Populi sese prodentes affectus, modestaque suspiria, sequenti ordine ad Cathedralem Ecclesiam est deductus.

Portabantur primùm Parochialis ad Omnes Sanctos Ecclesiæ vexilla, sequebantur suis pariter Labaris distinctæ Tribus Urbicæ; Quibus antegressis, tres Sacræ supramemoratæ Familiæ Ordinum Religiosorum conveto suo ordine ac more processerunt. Horum mox vestigijs insistebat Clerus Diocesanus: Administratores, Curati, Decani, & Vicarij Foranei numero quadraginta duo in suis Pluvialibus; Subsequebantur Reverendissimorum Dominorum Prælatorum Cæremoniarij, ac desuper splendidissimè adornata, ac pretiosissimè exculpta Episcopalis Aula ad magnificentiam comparebat.

Ordinem hunc prætergressum à mox sequente dividere videbatur Cathedralis Umbella, insequente Choro Musico, tubis, tympanisque sonoro. Post quem consecuti sunt Accoliti deni, seni Vicarij, & Dalmaticas induti Diaconus & Subdiaconus.

Præлата exhinc inter majora Candelabra Cruce argentea Reverendissimi Domini Canonici Honorarij & Capitulares splendido ordine procedentes spectabantur. Auxerunt magnificentiam Sacro suo apparatu mox sequentes Reverendissimi Infulati Regni Prælati, ac demum desideratissimum fuit Spectaculum sub Baldachino procedens, duobus Assistentibus Dominis Canonicis stipatus ipse **Serenissimus Dux ac Reverendissimus Dominus Dominus Neo-Præsul noster**, circumfusum undique ac genuflexum Populum affectuosissimè benedicens.

Aderat pro amplissimo munere suo **Serenissimum, Reverendissimùmque Ducem ac Antistitem** è vestigio sequens Illustrissimus Dominus Dominus Sigismundus Gustavus S. R. I. Comes Herzan de Harras & Kaplirz, &c. Districtus Litomericensis Regius Capitaneus, de-

deputatus Cæsareus Commissarius, comitante numerosa Illustrissima Nobilitate, Amplissimo Regiæ Civitatis Magistratu, Sexviratu, ac Urbis Senioribus, innumera extremùm ferè Populi Turma consequente.

Cathedralis Basilicæ foribus appropinquans **Serenissimus**, à præfente ibidem & in pulchros ordines rursùm distributa pedestri Cohorte militari, ad amussim formatò homagiò, applaudentibus undique campestris musurgix concentibus est exceptus: Interim Consultissimi Domini Baldachini Portitores, illud ante fores Ecclesiæ in quatuor Venerabilium Vicariorum Foraneorum manus per Ecclesiam deportandum extradiderunt.

Subsistens ad Ecclesiæ limen **Serenissimus** oblatò per Dominum Decanum Capituli aquæ lustralis asperforiò, Seipsum primùm, mox Clerum, ac ipsum dein Populum consperfit, thuribulum, thurisque naviculam subministrantibus duobus Assistentibus Dominis Canonicis prunis imposito thure, eoque benediçto, per eundem Dominum Decanum est incensò honoratus. Porrectam dein Crucem argenteam, in qua insignis salutiferi Ligni pars inclusa asservatur, genuflexus devotissimò basiò veneratus est. Desuper confurgens, præcedente eodem sacerrimo Comitatu sub Baldachino per Basilicæ navim, assonantibus è triplici Choro tubis & tympanis festivè ascendens ad Marianam Dolorosæ Matris Aram progressus, ubi DEUM Eucharisticum pro more asservatum Latreviticà, eaque profus affectuosa, exemplariq̃ devotione adoravit.

Hoc præfrito ad Principem Divi Proto-Martyris Aram progressus, super holosericeo ad infimum Aræ gradum decorè præparato Oratorio genuflexus preces fudit, sæpè fato Domino Capituli Decano interim Collectam tali Solennitate consuetam è Romano Pontificali decantante, Chorò verò musicò responsorium reddente. Resumpsit dein Infulam, Pedùmque **Serenissimus**, atque erectum in cornu Evangelij Episcopale Solium, quod & mira Phrygij laboris elegantia, & auri liberaliter admisti splendor, valòrque probârunt esse sumptuosum, magnificùmque, inter Chori applausus ascendit, recipientibus se in lateralia stalla, à dextra quidem parte Infulatis Reverendissimis, à sinistra Dominis Capitularibus, & Honorarijs Canonicis, reliquo verò Clero Diccesano ante Aram Principem pulchro ordine diviso ac subsistente. Lecta hìc ac publicata sunt per Admodum Reverendum Dominum Joannem Georgium Hauer Sacri Militaris Ordinis cum rubea stella, Proto-Notarium Apostolicum Juratum, Sux SERENITATIS Theologum & Confessarium, Apostolica Brevia, quibus terminatis pluries jam memora-

tus Dominus Capituli Decanus Fridericus Ignatius Reintsch, **Serenissimi ac Reverendissimi Domini Domini Episcopi Vicarius in Spiritualibus Generalis & Officialis** sequenti Salutatione & Aggratulatione Suam **Serenitatem** honoravit :



Inroeuitem Te hodie **Portas nostras in Magnificentia tua SERENISSIME DUX, & PRÆSUL REVERENDISSIME!** vide, quibus, quantisque communis Exultationis excipiat thesseris, quàm festiuis profequatur applausibus Cathedralis Ecclesia, novella Sponsa tua, quæ, ut eò, quò par est, **Dilecto suo**, occurrat splendore, sepositus Viduitatis suæ vestibus, pristinum decorem induit, atque deuotissimò Tibi stipata Clero, ceu Diploide, uniuerſi Populi Diœcesani comitata Syrmate, ornata copiosis Sanctorum Lipsanis, ut monilibus pretiosis, inextimabili demum Divi STEPHANI Indigetis sui Coronâ refulgens, sub ipſo, cui jam dignissimè infides, Pontificali Solio, tota pulchra & decora **Ducem** salutat **Regina**, amplectitur **Sponsâ**, invitat **Amica**: *Veniat Dilectus meus in hortum suum*, ut hoc prorsus Autumnali tempore paratum comedat fructum pomorum suorum. Optatissimis planè Auspicijs Illi, nobisque adueneris in **Elyſios Litomericeos SERENISSIME DUX & ANTISTES!** qui enim Paradisò nostrò digressum nuper innocuum dolebamus **ADAMUM**, Vigilantissimum, Pijssimùmque Antecessorem tuum, reparatam denudò Nobis gratulemur fortem, est necesse, utpote quibus in partem relevaminis tum Romanâ Clementiâ, tum Augustissimis Favoribus, Tutelaribus submissus est **Cherub** in **MAURITIO**, qui flammeo ac versatili, commissi sibi Divini Verbi Gladio succinctus, hortum hunc sacre Voluptatis, integrum deinceps seruet, ac tueatur. Singulari sanè præfagiò, inter Ducalia arma tua, **Ensim cum Clavi** in **Crucem** composuit, sollicita de Te Providentiâ: quasi innuere, quàm amico fœdere sæculare **Jus Gladij** Ecclesiasticæ sociandum foret **Clavium Potestati**, transfertur olim in **Crucem Episcopalem**. Veritatem tanti ominis, trinus jam comprobavit eventus, dum Gentilitio Ensi tuo trinam jam implicuit **Clavim** Ecclesia, Archi-Præfultatûs Pharsaliensis unam, duasque Episcopatum: **Reginz-Hradeensis**, hujusque **Litomericensis**, in quem Te, oblati Clavibus dignissimum Caput suum ovans Capitulum nostrum, reverentissimè introducit. Quidnî igitur gaudeant Ecclesiæ nostræ Fores, Claves suas talibus illapsas manibus, quæ **Gladium** pariter tractantes **Fidelitatem** simul spondeant, & **Munimen**: Quàm leto non vertatur Cardine Paradisi nostri Porta, amodò securior, quia nec ob- nec referenda, nisi sub **Ense**? Talis namque decebat, ut nobis esset Pontifex, cui Angeli more adeò dextrum sit **Lignum Vitæ Eucharisticæ**, Paradiso Ecclesiæ nostræ implantatum, *dispensare* Fidelibus in fructibus suis, sub **Clavi**, ac contra Ecclesiæ hostes factum, tectùmque *servare* sub **Ense**. Optaverit sibi quondam Ecclesiæ Constantinopolitanæ Caput **Pauli Gladium pro Corona**, & **Petri Clavos pro Gemmis infixis in Diademate**: ast! Tibi hodie **DUX & ANTISTES SERENISSIME!** rem Voti hujusmodi ultroneè largiri videtur Apostolicæ Sedis Gratia: dum **MAURITII DUCIS Gladium** in **STEPHANI DIACONI** transfere facit **Coronam & PETRI Clavos**, quibus, abdicata Sæculi Dignitate, **Cruci Dominicæ** Te ipsum, magnanimus affixisti, in tot commutat fulgidissimos Uniones, quot lapidibus gloriatur **STEPHANUS**, Pontificali Diademati tuo inferendis. Quòd si etiam **Crux CHRISTI Clavis Cæli facta est?** En conceditam Tibi in **Crucē Serenissimo Pectore tuo**, fulgente, **Cæli Clavim**, qua commissio Tibi Gregi Paradisi Januam ex munere pandas; Felices nos, quibus hodie in Te datur gloriari; Felicissimum **Horrum nostrum conclusum**, cui non in penam, sed in summum Decus cesserit **Ensi**fero præmuniri Custode. Non luceat Ecclesia nostra amissam cum **ADAMO** Paradisi **Clavim**, quin eam potiùs in manibus **Angeli** repositam læta suscipiat, noveritque rutilantem **Ensem** adeò non esse terrori, ut magis sub Serenissimo illius Lumine, tum

tum accedentibus ad Cœlestes Thefauros pateat iter. Vestram verò indè, ut metiamini felicitatem, velim, hujus Diœceseos Oviculæ Christianæ! Vobis enim in uno Hierarcha vestro, Cœlum providit & Ducem & Pastorem. Pastores olim in Duces sibi præfici videbat, dilectus DEO Israelis Populus: Stylum permutavit Nobilissimo Sanguine CHRISTI prognata Ecclesia, efformans sibi è Ducibus Pastores, eo discrimine: ut relicta Ovium Cura Illi Sceptra capefferent, regerentque Populos; Hi verò spreto Populorum regimine, CHRISTI Ovium humilem fulcirent Curam. Linquebant Illi Pastoris titulum, ubi primum Duces cœpissent salutari; at! his quoque, servato Ducis nomine Pastores appellari, fit gloriosum; Nempe: Magni Pastoris gloriari nomine, fas est, qui in Sanguine Testamenti suas educens Oves summis Conatibus in Ducem simul & Pastorem evasit Primus. Et quæ felicitas geminam hanc Sacerdotis æterni Characterificam, in uno mirari Præsule, Illius Successore? Nostra hæc beatissima fors est, in Te SERENISSIME DUX, Pastorem simul venerari Vigilantissimum. Et quò aberrare poterit Populi Diœcesani Exercitus tanto Duce sibi præeunte, fulgidoque Verbi Ense semitam monstrante? Quomodo saluberrima non fit inventurus Pascua fidelissimus Grex, boni adeò Pastoris minandus Amore, cujus manu Clavis regitur Paradisi? Vive igitur Dux & Pastor noster optime! & dum serenissimam Ducali Præsentiâ tuâ nobis adspiras diem, Paradisi nostri tranquilla temperie incolumis diu perfruere. Servent Te Superi communi bono, nec ullo, Vigiliis super Grege tuo, turbari sinant hostili incurfû. Excubent pro Te Paradisi nostri insomnes Incolæ, zelantissimus Legis Divinæ Elias, STEPHANUS, altèrque cum DEO inter tormentorum supplicia ambulans, patientissimus Henoeh, VICTORINUS, quorum Ille pro fidei, indefessaque Clavium dispensatione Cœlos Tibi exhibet apertos. Hic verò gloriosum, quo pro DEO & Ecclesia decertaturus es Ensem, triumphali implecti Palmâ, ut ita sumpto utrobique robore, confortatus in Domino Vitam vivas longævam, non nisi felicissimò ævò terminandam. Et hæc sunt SERENISSIME DUX, & PRÆSUL REVERENDISSIME, quæ integerrimo vovet Affectu fidele Tibi Capitulum nostrum; Hæc sunt, quæ devotus Tibi acclamat Clerus; Hæc demum obedientissimi Populi tui ferventissima sunt Suspiria, quibus Coronam hodie dignissimo Capiti tuo superimpositam, desuper stabiliti æternum exoptat. Tu verò Serenissimis Gratijs tuis & Pastoralis Amore nos complectere, Populūque universum hodie in Te laudantem Ducem & Pastorem Sacratior Arge, rege, fove, & conserva. D I X I.

Mox desuper idem Dominus Capituli Decanus in medio Aræ sumæ ad infimum gradum Ambrosianum intonans Hymnum, ejus residuum Choro per selectissimos & aliunde evocatos atque allapfos virtuosissimos Musicos reliquit decantandum ac terminandum: sub cujus finem conveta de Sanctissima Triade Collecta per memoratum Decanum est decantata. Interim personante in Ecclesia Hymno per diversas stationes divisa Mortaria & majores Fistulæ bellicæ per festivum suum tonitru, quod è vicinis montibus vallibusque reddebat, ac multiplicabat Echo, præsentis diei Solemnitatem toti Vicinæ latè denuntiârunt & promulgârunt. Cùmque hi afforis sonarent plausus, Domini Capitulares, Vicarij Foranei, Decani, Curati, ac Administratores pulchro sibi succedentes ordine, sedentis in Solio Serenitatis Reverendissimæ reverentissimò osculò Episcopalem manum sunt venerati; quo acceptò à Diœcesano Clero, homagiò, Reverendissima sua Serenitas è Solio ad medium Aræ Principis ascendens solemnè Benedictione Episcopali collectum Populum est

confolata , præmiſſoque per Aſſiſtentem Clerum verſu de Sancto STEPHANO Proto-Martyre , de Eodem Collectam **Sereniſſimus** decantavit. Recepit ſeſe exinde in Thronum **Sua Serenitas** , ſumptoque ibidem pro celebranda ſolemni Miſſa , Episcopali amictu , eandem ſub exquisito Chori Muſici applauſu & modulamine devotiſſimè inchoavit , aſſiſtente Domino Capituli Decano , ac duobus alijs Canoniciſ Diacono & Subdiacono , duobus Vicarijs alijs in ſuis Dalmaticis , duodenis Accolitiſ , Arámque cingentibus pluribus Decanis , & Dioceſeos Curatiſ.

Tantus certè ad Venerationem ſui **Sereniſſimi** , **Reverendiſſimi**que **Præſuliſ** , & Solemnitatiſ hujus Actum confluit Cleri numerus , ut die hac in Cathedrali Eccleſia quinque ſupra centum celebrata Sanctiſſimæ Miſſæ Sacrificia ſint numerata. Tantúſque Populi etiam peregrini , quamvis minúſ favente aura , notatus eſt confluxus , ut vaſtiſſima licèt Cathedraliſ Baſilica illi capiendo longè fuerit inſufficiens. Procedebat interim ſolemniſ Miſſa , cui terniſ , ex more receptiſ vicibus , ſonantiſſimi Sclopetorum , Mortariorum , ac Baſiſtarum applauſus jubilum admixcebant.

Demum data ſolemni Benedictione Episcopali , promulgatiſque per Aſſiſtentem Dominum Capituli Decanum Indulgentiſ , atque ità Liturgiã ſolemniffimè terminatã , **Sereniſſimus ac Reverendiſſimus Pontifex** in Solium ſuum ſeſe recepit , poſitòque Pontificali amictu , & inſtituta ad ædificationem Gratiarum-actiõne , eo ordine , quo in Cathedraliſ Baſilicam per Clerum , ac Reverendiſſimos Dominos Capitulares , Inſulatoſque DD. Regni Prælatos magnificentiffimè introductus eſt , ad ejuſdem Eccleſiæ Valvas iterum eſt reductus , atque tandem Sexigã ſuã comitante Aula ſplendidiſſima inter feſtivos applauſus , Vota , & agratulationes in Reſidentiam ſuam Episcopalem feliciffimè eſt reverſus.

Nè verò ſpirituali ſolùm conſolatione actã Celebritas paſceret animos , ſed etiam in exteriores Corporiſ potentiaſ ad firmiorem memoriã exorta redundaret lætitiã , præter liberaliſ Convivium jam prima die inſinuatum Ampliſſimo Magiſtratui , aliſque majoriſ notæ Officialibuſ Urbicis à **Sereniſſimo** liberaliſſimè deſtinatum , etiam in Reſidentia Domini Decani Capitulariſ è Ducali Liberalitate pro ſexaginta Perſoniſ , Vicarijs Foraneis , Decaniſ , Curatiſ , Adminiſtratoribuſ , Superioribuſque hujatiũ aliorũmque Religioſorum Domiciliorum , ad inexpectatum ſplen-

splendorem est instructa Tabula, in qua si tum ferculorum numerus, va-
rietas & selectus, tum etiam Confecturarum & Vinorum diversitas &
præstantia spectetur, nihil defuisse visum est, quod in desiderium veni-
re posset.

In ipsa verò Episcopali Residentia, ubi Sua Ducalis & Epi-
scopalis Serenitas numerosiori Illustrissimæ Nobilitati, Reveren-
dissimis Dominis Regni Prælatis, Dominisque Capitularibus Canonicis &
Honorarijs dignissimam tanto, Serenissimo Activo Hospite
mensam poni fecit, nil nisi Ducalem prorsus Magnificentiam & Pompam
erat spectare. Exquisito huic apparatusi ad ingens simul Aurium deli-
cium sese continuata dulcedine admiscebat selectissima diversorum Musi-
calium Instrumentorum Harmonia, quam Virtuossissimorum Phonascorum
peritia & dexteritas omni cum industria, conatûque concinnabat. For-
ris verò multoties repetitis vicibus copiosa Mortaria & majores Machinæ
bellicæ è stationibus suis festivos plausus detonabant, animosque velut
nova admonitione ad lætificationem in serum Vesperum festivus hic plausus
& jubilus est productus.


Nec terminatus tamen, siquidem ingens Sux Ducalis ac Epi-
scopalis Serenitatis Dignatio in diem tertium ceptam nudius terti-
us lætitiâ continuari fecit, cum nempe ex gratiosissima resolutione, in
comitatu præsentis adhuc Nobilitatis ac Capituli Inclytum Collegium So-
cietatis JESU invisere, atque ibidem paratum à Gymnica Juventute, &
in plures horas productum Melo-Drama, gratiosissimè spectare, ac be-
nignissimè Theatrale hoc Homagium suscipere est dignatus.

Admirationi erat sine tædij indicio habita tam diuturna Serenif-
simi patientia, sed ampliori fuit consolationi affectuosissima satisfacti-
onis significatio, quando insuper ex innata Clementia, agenti Juventu-
ti inexpectatum Favorem, Gratiâque indulgit, ut nemine excepto ad
Ducalis & Episcopalis manûs basium admitteretur.

Prosequi communem lætitiâ videbatur dies quarta, cum præsti-
tum pridie Sux Serenitati Theatrale Venerationis Homagium, Re-
giæ Civitati, Populique Communitati ad amplam Spectantium consola-
tionem rursûm publicè est exhibitum, ac productum.

Tribuat sonorum omnium Largitor , ac totius Consolationis Pater ,
ut exortum ex desideratissimo Adventu Serenissimi Ducis , Pa-
storis ac Patris sui solatium in multam Aetatem continetur.

Subnectimus omnium fidelium ac filialium Cordium com-
mune Vocum :



Thro
idung
nckfa:
en S.
chen:
bestie:
Flüch

Saggs
iffiten
Gast:
ucht
ficiant:
nant:
Heist:
Obez:
enge/
elan.

Per:
H.
das
mit
ngen

ma:
ieser
ichst

rand
son:
Sich
gen:
iger
lück.
ahó:

ult /
acht
dele:
ien /
igst

thro
yß-
ude

er:
ds:

Pon Xa 3505, FK

ULB Halle 3
004 529 944


Sb.





Xa
3505

FELICITER INCHOATI INGRESSUS
AUSPICATISSIMUS PROGRESSUS,

^{Sex}
DIES ALTERA,

^{Infimul}
SACERRIMA

Sine originali labe CONCEPTÆ

Semper Intemeratæ DEIPARÆ VIRGINIS
M A R I Æ

Ob gloriosè contritum insidiantis Serpentis Caput
TRIUMPHALIS SOLENNITAS,

^{Quâ}
DEO ordinatus ANGELUS,

^{Atque}
paradisi nostri Custodiam

in veterati Serpentis insidias,
O SERENISSIMÆ DOMÛS ENSE,
O SANCTÆ FIDEI ZELÔ

TUS CHERUB
NISSIMUS DUX

ac
MUS DOMINUS DOMINUS
SCOPUS

RITIUS

LPHUS

ROLUS

Sedis Gratiâ ARCHI-EPISCOPUS,
DUX Saxonix, Julix, Clivix, Montium,
LANDGRAVIUS Thuringix, MARCHIO
ferioris Lufatix, COMES PRINCEPS Heñe-
Ravenspergi, & Barby, DOMINUS in Raven-
Veteris Oettingx, DECANUS Illustris Eccle-
sitanæ & Electoralis Ecclesiæ Colonienfis CA-
c: Cæs: Reg: Cathol: Majestatis Actualis In-
s CONSILIARIUS,

